

Oratio in Octava
S. Iacobi Obbedienti

LATERAN



ncilli.
odi.

M




00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

381.
Oratio in Octava Sessioñ. Lateran. Concilii.
inacu Obediaentia magni Magistri Rhodi.



Statuta in Octava P. Anthoni in octavo
anno P. Anthoni in octavo

IN TERRA ME NRE CONCLAVI



Hun
to H

R

mus n
uices r
ab ipse
di pro
Octau
arduū
tate ac
stræ re
nostri
pendi
merit
res/tib
gione
cus: a
rem. A
dinen
bis co
quoda
ac per
ciam
tuæ m
inter
quanc
quātu
mirū
tius/ā
gnifi

Humilis seruulus Ioannes Baptista Gargha Seneñ. Eques
Hierosolymitanus/Illustrissimo Rhodiogz Principi
Fabritio Carretto/Sacra Hierosolymitanæ
religionis magno Magistro.S.P.D.

Religionis nostræ Hierosolymitanæ studio/atq; ob
seruantia impulsus Princeps Illustrissime nõ potui
iussis tuis dũ admiratus in Vrbe ageres / promptissi
mus nõ obtemperare. Nobilis item uir Philippus prouanus
uices nõ in Vrbe gerens adhortatus uehementer est: ad idq;
ab ipso omne auxiliũ: ac fauor mihi præstitus est: ut onus orã
di pro religionis nostræ decore Lateraneñ. Synodi Sessione
Octaua aspirante Leone X. Pont. Max. subirem: Quod & si
arduũ: ac meis humeris impar esset: qua tamen potui sedulis
tate ac cura absolui. In quo orandi munere ut in omnibus no
stræ religionis negotiis Reuereñ. Cardinalis Iulius Medices
nostri Ordinis ingens præsiðiũ / mihi opem & fauorem im
pendit: tanq̃ is/ qui de Religione nostra semper esse optime
meritus censeretur. Existimaui hos nostros qualescunq; labo
res/ tibi esse destinandos: ut de his te omnibus: quæ pro reli
gione nostra in ipsa Synodo: in qua Christianæ Reipub. des
cus: ac splendor maxime effulxit/ recensuerim: facerẽ certios
rem. At hoc unũ ingenue fateor/ si quando illius loci amplitu
dinem: dignitatemq; animo uoluerẽ: atq; onus iniunctũ nos
bis considerarẽ: totus equidem algebam: & cor/atq; animus
quodam metu perculsus me ab incepto plurimũ deterrebãt:
ac perq̃ libenter hanc orandi arduam / atq; difficilem Prouin
ciam detrectassem: nisi fuisset mihi: & religioni & celsitudini
tuæ morem gerendi incredibilis cupido. Id etiã præstiti: ne
inter Cõmilites uiderer prorsus inutilis: qui licet corpe ali
quando seruire nequiuero: at ingenii: atq; animi opibus: ac
quãtuloq; ualui ingenio religioni nræ nõ defui. Gaudeoq;
mirũ in modũ: si quid eiusdem causa facio: Nihilq; animo gra
tius/ q̃ de religione aliquid mereri. Tuæ etiã præstatiæ esse si
gnificandũ putauit: quemadmodũ ab ipso Sũmo Pont. cœptũ

est agi de unione Ecclia: eiusq; reformatiōe: ac de pace inter
xpianos Principes facienda: & de expeditione aduersus Tur
cas suscipiēda: & ad hæc omnia ab eodē Leone uehemēter in
cūbitur. Quamobrem sperandū ab his plurimū est: qui duro
subsunt Turcarū imperio: atq; ab illis pariter: qui Turcis finis
rimi eorū semp arma formidāt: Leone Pont. Max. annitente
īminutū iri Turcarū imperiū/atq; ab eorū īmanitate: ac barba
rie ereptū iri saltē populos: quos Septuaginta ab hinc annos
suo adiecerūt imperio. Quod si in Orōne mea uim: ubertatē:
atq; elegantia desideres: ingenii mei tenuitati ꝑcor ascribas.
Nō equidē spe questus: aut gloriæ ad id muneris obeundū cō
motus fui. Sed ut re: qua aliquid ualerē: me nr̄a religioni non
īncōmodum: ac profus inutilem exhiberē: cuius ab ineunte
ætate obseruantissimus semp fui. Tuæ quoq; præstantiæ ante
īstam ad Principatū euectionē deditissimus fui: semperq; ma
gnopere colui: ac sum ueneratus: quasi animus præfagiret te
quādoq; hūc tam altum/tamq; tuis meritis dignū honorē esse
assecuturū. Quanto fuerim de hac tua Electione gaudio affe
ctus: nullis possim consequi uerbis. Et quo id præ me decla
rarē aliqua in re: libentissime mihi tuo nomine iniunctā sus
cepi apud Leonem. X. orandi Prouinciā: q̄q; apud illū habui
Orationē: alteri in Lateraneñ. Concilio habitæ subnectendā
curauit: ac simul imprimendā: tuæq; Celsitudini esse transmit
tendam aut destinandā cen sui. Quāq; nos minime præterit
hāc talem nō esse: qualē tuæ singlares diuinæq; uirtutes mere
bant. Priuilegia aut nr̄a/indulta/cōstitutionesq; ab aliis Pon
tificibus cōcessa/benignissimus Leo. X. Pont. Max. humanis
sime cōfirmavit/atq; magnopere auxit: ꝑpetuoq; robore muni
uit. Superest Princeps Ill. ut seruuli tui Io. Bap. sinceræ mētis
atq; animi obsequiū: absolutūq; tanto ingenii discrimine sus
ceptū onus solita benignitate suscipias: & qui tuæ exaltationi
gloriosissima: a qua sp̄ bñficiis sum īnumeris affectus: deditis
simus sp̄ extiti: q̄si nūc aucto seruitutis uinculo: sub tuo ut præ
sidio sim peto: ac uehemētissime præcor: tuæq; Ill. D. me totū
trado/atq; addico. Vale/Ro. Kal. Aprilis. M. D. XIII.

Orat
219 lyVeni
& in m
ceptū

C

meis i
tenuif
coram
ba fac
me ue
& Ph
ego a
ampli
plane
larisq
ret: ut
sus et
re auc
fere te
poter
nr̄i fa
de Cl
gam
cui il
cupio
eis n
me se
stus a
Nem

Oratio Ioannis Baptistæ Garghæ Seneñ. Equitis Hieroso
lymitani habita apud Leonem. X. Pont. Max. ac
Lateraneñ. Concilium in Sessione Octaua
Quartodecimo Kal. Ianuarias
M. D. XIII.

Veni sancte Spiritus: omnium tuo amore corda fidelium comple
& in me tuæ uirtutis ignem accende: ut tam arduum hodie in
ceptum te aspirante exequi ualeam.

Cum P. B. Vosque Christianæ religionis fulgentissima
Sydera / onus orandi in hoc tam augusto confesso mihi
minus experto fuisset iniunctum: diu mente reuolui: quæ
meis id impar uiribus foret. Nam tum ingenii imbecillitas:
tenuisque dicendi copia mihi silentium indicere uidebantur: tum
coram tanto Pontifice / ac sacrosancta Synodo Lateraneñ. uer
ba facturus: uerebar ne in dicendo obmutescerem. Et id acrius
me uexabat: quia idem grauissimis: ac maximis Oratoribus
& Philologis aliquando euenisse compertum habeo: Quod
ego animo complectens huius ornatissimi & sacerrimi loci
amplitudinem / maiestatemque merito expauescebam. Sed cum
plane P. S. tuæ serenitas frontis: atque animi benignitas: singu
larisque tantorum Patrum humanitas me ita recrearet: atque refice
ret: ut obire munus mihi delegatum non dubitarem: ad quod hu
ius etiam præcipui temporis obseruantia me hortabatur. Qua
re audentiori animo hoc tam eminens suggestum: unde totus
fere terrarum orbis conspicitur / ascendi. Confusus igitur omni
potentis Dei / & intemeratæ Virginis: Diuique Ioannis Bapt.
nostri fautoris auxilio: tuaque P. B. me hortante inata clementia: cum
de Christi militia: tum de sancta Synodo breuibus perstrin
gam. De Christi militia imprimis dicere nostrum est institutum:
cui ille operam dat: qui magnæ & supernæ militiæ cælestis est
cupidus: & christo semper hæerere desiderat: quique illius diuinæ uo
cis non ociosus auditor est. Si quis meus inquit Minister est:
me sequatur: & ubi ego sum: illic & minister meus erit. Chris
tus autem in cælis est: illuc igitur nos cursum dirigere decet.
Nemo terrenæ consuetudinis: caducæque dilectionis reminisc

atur: nā qui huic Christi militiæ accingitur: nō sibi domū cō-
struere: nō possessiones comparare debet: Escas enim regias
habet: & Imperatoris annona fruitur. Mansio autē in castris
est: ubi si mors Christo bellante contingat: gloriosa est: Vin-
centes enim dona Regalia: & honores q̄ maximos adipiscun-
tur. Et licet uita in præliis laboriosa sit: in pace tamen splendi-
da: & honorata transigitur. Christi autē Militū arma nō lorica
nō clypeus: nō gladius: sed pietas / religio / probitas / innocen-
tia / & castitas sunt. Nō cedat armatæ mentis constantia terro-
ribus inimicorū: nam nisi quis strennue pugnauerit: nō coro-
nabitur. Nihil autem est nequius: nihil crudelius nostro hos-
te: qui in Cœlo bellum: in Terris fraudem & odiū inter pri-
mos Fratres excitauit. Et is in omnī nostro opere sua tendit
ratia: Et ne multis uos remorer: omnia mundi mala sua sunt
prauitate cōmissa. Et cū mens humana uariis huius mundi il-
lecebris deuieta sit: & laborem fugiat: uoluptatem uero sequa-
tur: prauisq; resistere desideriis ægre ferat: Nos sic Apostolus
hortatur. Induite uos armaturā fidei: ut aduersus diaboli insi-
dias stare possitis. Victorem Christū Regem sequamur: qui
nos uult Victoriæ suæ habere participes. Crux illius nra est
uictoria: cuius Patibulū noster est triūphus. Terra nō nobis
Patria est: sed Cœlū nos Ciues & Incolas expectat: Vbi hæc
utinā uerba dñi audiamus. Euge inquit serue bone & fidelis:
quia in pauco fuisti fidelis: supra multa te constituā. Euge inq̄
Miles strennue / imitator dñi tui: & Regis æterni Comes / di-
gnis & optatis remuneraberis præmiis. O / salutifera: & præ-
omnibus expetēda Christi militia: in qua certa & p̄tiosissima
sunt trophæa: quibus tot Martyres / ac beati Patres cœlesti im-
perio gloriantur: ac p̄petua pace quiescunt. Licet paruulus ex
collo pendeat nepos: licet sparso crine: & scissis uestibus ube-
ra Mater ostendat: quibus te nutriuit: licet in limine Pater ias-
ceat: per calcatū perge Patrem. Crudelitas ista Pietas est: &
siccis oculis ad Crucis uexillum euola. Gladiū tenet hostis: ut
nos perimat. Nec de Matris lachrimis est cogitandum: nec
propter Patrem Christi militia est deserenda / cui etiam Sal-

cap. 6

mat. 25

hinc

uatoris
Pont. M
sti: Tib
la dom
rediges
bis Chr
tifer a fu
a / quo p
rapinis
cœptæ
bilissim
stat: Tu
tati Chr
tua tute
ab imin
uero er
Synodu
Synodi
media p
litas: im
oriebat
præcep
statis fin
reperat
ta iaceb
suetudin
Abusus
duriose
ab eis d
do sine
nibus co
bescent
depraua
tur: Ha
cunctiq

uatoris causa / uitam debemus. Huic Christi Militia Leo. X.
 Pont. Max. a / summo Deo inuictus Vexillifer praefectus fuis-
 sti: Tibi q; ille ligandi & soluendi potestate dedit. Tu in specu-
 la domini peruigil fortiter astans / cuncta in rectu tramitem
 rediges. Tibi ergo omniu Ecclesiaru Praesides: & totius Ora-
 bis Christiani Principes parere affectant. O / q; diuina & salus-
 tifera fuit haec tua ad summi Pontificatus apicem assumptio:
 a / quo pro pacando statu Christiani populi: qui tot sceleribus
 rapinis & seditionibus permiscebatur: ad salutiferam huius
 coeptae Sanctae Synodi curam deuentu est: cui rei quantu nos-
 bilissimae tuae familiae Medices nomen consonu sit: clare con-
 stat: Tu nanq; optimus Pastor: Tu salutifer Medicus infirmis
 tati Christianae religionis coelitus datus es. Tua enim cura:
 tua tutela: solertia: probitate: atq; uirtute Grex dñi egebat: ut
 ab iminenti capitali exitio liberaret: ut pristinae sanitati abste-
 uero eruditissimoq; Medico restitueretur. Ad quam rem sola
 Synodus haec erit ueluti quoddam Mithridaticu antidotum. In
 Synodis quonia solita pleruq; est mater Ecclesia salubria re-
 media prouidere: si qñ nocendi cupiditas: ulciscendi crude-
 litas: implacabilis animus: & feritas rebelladi / suo in populo
 oriebatur. Nunc impius lucri furor: ac effrenis cupido: iraq;
 praecipis: atq; imanis libido: quae succensas agit mentes: hone-
 statis fines effregerat: & ois deniq; sceleru labe in mundu ir-
 repserat. Mores uero & instituta maiore pro lege tenenda spre-
 ta iacebat: Prauaricatores diuinae legu: & Ecclesiasticae co-
 suetudinū cōtemptores impune ceruicibus elatis incedebat.
 Abusus uero: & deprauata uolūtas / ubi semel coeperat / indices
 duriores efficiebant: & animus sceleribus astrictus nō facile
 ab eis diuelli poterat. Quae omnia ab hac Sanctissima Syno-
 do sincero examine pendent. O / saluberrimā medicinā om-
 nibus consulente: omnia tumentia comprimente: omnia ras-
 bescentia reficiente: omnia superuacanea resecante: omniaq;
 deprauata corrigente. Hanc Reges / Principesq; meditaban-
 tur: Hanc Populi omnes efflagitabat: Hanc Senes / Iuuenes:
 cunctiq; Christiani cupere uidebantur: quibus tacitum Deus

a

desideriū hmōi inspirabat: Et his omnibus tu solus P. B. satisfacis: qui hunc tantorū Patrū in tui tam fausto Pontificatus initio coetū hanc in ædem Lateraneñ. coegisti: ubi illa duo Petri & Pauli pretiosissima capita reposita uenerātur: quæ hic totius Christianæ Reipub. Imperiū/tribunal/ & decus posuerunt. Et cū ab omnibus Synodis Lateraneñ semp ingens ipsi Ecclesiæ adiumentū & utilitas præstita sit: hæc mirū in modū recte prospiciet: a qua omnis sua salus atq; quies pendet: quæ quantū Synodali auxilio egeret: nullus est qui nesciat. Quæ de re P. S. inter ea: quæ ab ille præclarissime gesta gerendaq; sunt: hanc sanctam Synodū rem adeo arduam: & his temporibus opportunā prosequi perfanctè decreuisti: Ab hæc enī Religiosi Urbaniq; mores instaurari erunt: & flagitia: quæ diuinū examen notauerit coercebūtur: in qua sola animorū syncretitas: & religionis amor cūcta pensabit. Quibus sic gestis: cœlestes iræ futura temporū felicitate expiata uidebūtur: Aurea nempe te ætas regnāte incipiet: & Iustitia de cœlo lapsa in terras redibit. Tu litterarū uirtutūq; omnium exoptatū præsidium diuinitus datus es: a quo cuiq; sua præmia tribuent. Nunc syderū cœlestis omnium harmonia tibi xpi Vicario applaudit & cunctorū hominū pectora incredibili de tua sūma felicitate gaudio pfundunt: & sub te Pastore Opt. omnis exultat populus: a quo pacē cōcordiā & tranquillitatē expectat: quas oīs iā homo optat: cupit: amat: & uult. Et cum Pacis amica ipsa sit Iustitia: & se iuicē osculēt: ea etiā sūma in te cōspicit. Tu igitur Pacis donator: & Iustitiæ defensor dicaris: a quibus immortalitate donaberis. Quid est enī qd Principē melius p̄dicet: q̄ getus pp̄s: cōcors senatus: & tota Resp. morū honestate insignita. O/Pacis dulce nomē: a qua tranquilla libertas: mētis serenitas: simplicitas cordis: uiculū amoris: & cōfortiū charitatis gignitur. Hæc simultates tollit: bella cōpescit: iras cōprimit: superbos calcant: humiles amat: discordes sedat: inimicos pacat cūctisq; est placida. Quāobrē Antistes Max. Vosq; xpianæ religiōis firmissimæ Colūnae: & militiæ xpi sūmi duces: q̄ in tāta horū tpm expectatione in sacerrimū hoc tēplū cōuenistis: &

de cor p̄ncipe

pax

fluctu
xima
bis da
ctæ n
tuet: &
pecto
uestra
næ R
nunc
da est
medi
poris
hæc m
incur
ctoria
ficibu
sibus
cōmi
quæ r
& su
conu
ris p
bisq;
iulq;
alios
sibus
Rho
rimu
Cōm
priu
metu
Late
atq;
nam
nost

fluctuanti summis Petri naviculæ procellis opem tulistis: ma-
 xima & perenni laude estis digni: & cœleste stipendium uo-
 bis dabit deus: si hoc tam salutiferum sanctūq; Conciliū san-
 ctæ matri Ecclesiæ profuturum: cui libertatis decorem resti-
 tuet: & suo populo mores uiuendi religiosius præcipiet: toto
 pectore amplectemini: & faciles cœpto operi fauebitis: i quo
 uestra erga ipsam Ecclesiam bonorū pietas filiorū: & christia-
 næ Republicæ Ciuium uerus amor cōspicietur. Ecce enim
 nunc tempus: quo corporis ocium: mentis ignauia expellen-
 da est. Ecce tempus: quo in armorū cœlestium terrestiumq;
 meditatione / cordis sinceritas: animi magnitudo: uiresq; cor-
 poris pro Republica christiana exerdendæ sunt. Verū cum
 hæc militia nostra diui Ioannis Baptistæ assiduis Turcharū
 incursibus semper fuerit obuia: & de ipsis q̄ plurimas iam ui-
 ctorias: meritosq; triumphos obtinnerit: tum a sūmis Pontif-
 ficibus: tum a sanctis Conciliis / maxime a cunctis Lateranen-
 sibus miris fauoribus & priuilegiis affici / & uariis stipendiis
 cōmilitonibus nris cōcessis / multisq; bñficiis donari meruit:
 quæ recēsendo nimis prolixa foret oratio. Itaq; P̄r beatissime
 & tu tantorū Patrū splendidissime Cœtus: qui in hoc templū
 conuocatus fuisti: cui diuus ille Ioannes Bap. nōstri Saluato-
 ris præcursor præsidet: qui sūmus patriæ tuæ Florentiæ / Vr-
 bisq; Rhodi: & Hierosolymitani ordinis Patronus existit: cu-
 iusq; olim nomine uocari nō parum lætabaris: quemq; ante
 alios omnes colore consueuisti / toto tibi pectore & imis sen-
 sibus hanc suam Rhodiensem religionem: & præstantissimū
 Rhodiōrū Priucipem: qui Christianæ fidei defensor est acer-
 rimus: cum toto populo / & hos sedulo tibi astantes nostros
 Cōmilitones cōmendamus: ut nō solum noster ordo in suis
 priuilegiis & constitutionibus ab hac sancta Synodo confir-
 metur / sed etiam augeatur. Scis enim Pater beatissime: & tu
 Lateranensis Synode / Rhodon insulam ab omnibus laudatā
 atq; opportunissimā semper ad res gerendas esse iudicatam:
 nam Rhodos nostra adiacet Asiæ: qua maxime Asia in mare
 nostrum excurrit: hinc in Syriam / & in Aegyptum cōmodis

vide describit

132
firma est nauigatio: hinc in mare Asiaticū / Hellepontū / Pro-
pontida / ac pontū cōmodissime soluitur: & rebus naualibus /
atq; classicis ea Ciuitas semper polluit. Quamobrem maxis-
mi Rhodiōꝝ amicitiam semper Romani putauerūt: eorūq;
ad multa bella usi sunt opera. Quare arcis / ac rei christianæ
propugnaculi curam tibi Pontifex maxime nō in postremis
esse habendam arbitror: ac danda est opera / ut quemadmodū
eam Soli fuisse urbem consecratā tradunt: ac nullo die quāuis
nubilo ac pluuio Solem in ea nō illuxisse: danda est inquam
opera / ut ea insula uero Soli / hoc est Christo semper sit sacra:
ac semper uerum Solem colat: in eaq; semper illucescat. Tu
nos igitur fauore & clementia protegas: quo alacrius ea pro
Republica christiana contra infidelis egredi ualeat: qui rabi-
do & truci animo semper contra Rhodiense præsidū inhiāt:
& usq; sub diui Ioānis baptistæ auxilio copiæ Hierosolymita-
næ militiæ eorūq; crudelibus ausis fortiter resistūt: & feroces
animos inumeris præliis cōpescunt. Nam nec Principes no-
stri / nec Cōmilitones certa uitæ discrimina subire unq; recus-
sant: nec recusarūt: ne illa christianæ Reipublicæ firma Rho-
diōꝝ propugnacula in Turcharū ditionem redigerētur: Arx
enim illa est expultrix sæuissimōꝝ hostiū: qui semper uestras
Vrbes & imperia inuadere: & religionem nostram funditus
euertere student: & ut iam per litteras præteritis mensibus Pa-
ter Sanctissime tibi illinc a nris significatū fuit. Sulhā Selyn
sectæ Mahumetanæ imitem Tyrannū Classem ingētem pa-
rauille: & inumeras copias contra Christi fideles & Rhodi-
insulæ milites & incolas contraxisse: & tantam tormentoꝝ
uim: quantā nullus unq; ad id bellum instituisse exploratū ha-
buius: qui illinc postmodū semotis castris alio contra or-
thodoxæ fidei cultores impetū fecerunt: ubi multas clades &
Vrbiū euerfiones inferre conati sunt. Et nuperrime cū quies-
centem esse illum speraremus: per alteras a nostris Sanctitati-
tuæ significatū est in eosdem belli apparatus ingenti studio:
summaq; celeritate incumbere. Et cū nihil maiori odio pro-
sequantur: q̄ Rhodū / ei multo magis in posterū timendū est:

eui nunq̄ minari desistunt. Necessse igitur est: ut Principibus
christianis accersitis: & tuis in facta dispsis ouibus septa colle
ctis: quo unū sit ouile: sicut unus est Pastor: cui pacifice & quie
te præcipias: ut ab te magnanimo Duce & Vexillifero tua
animi sinceritate/mirabili sapiētia/cœlestiq̄ uirtute aduersus
hanc Infidelium potentiā bellum suscipiatur. Expergiscimis
ni ergo expergiscimini tandē christiani Principes: & labanti
Ecclesiæ auxiliū afferte: & sub Leone foelicissimo Pastore ins
uictorq̄ Duce/de bello Turcis inferendo in mediū consulite:
nec ulterius patiamini nostri Redēptoris Sepulchrū/ & Con
stantinopolim nouam Romā sub Turcæ imperio detineri:
& tantā pestem atq̄ perniciem aduersus christianos populos
diutius sœuire. Sed religionē uestram propius respiciatis: quā
colere & augere uestri imperii & regni interest. Cuius rei fia
dissimū uobis Romanorū exemplū propono: quorū Reipub
licæ splendor semper emicuit dum religionē præ cunctis res
bus obseruarūt. His enim nō solum seruandæ sed etiā ampli
ficandæ religionis studiū fuit/ q̄ si quis contempsisset nō ī me
ritas diuinæ ultioni pœnas dabat. Ne miremini igitur si tot
infortunia Christianis rebus acciderūt: rara enim inter Prin
cipes christianos cōcordia hæcenus fuit: qui cum debuissent
unanimes salutiferæ contra infideles expeditioni consulere:
& opem ferre/bella eis gerere magis placuit: quæ nullos hos
nestos meritosq̄ triumphos habitura essent: & religionē con
seruare atq̄ defendere contempserūt. Deponite nūc deponite
christiani Principes hæc tarditatē/atq̄ segnitiam: & ad uin
dicandā christianā Rempubicā ab atrocissimorū hostiū ser
uitute accurratis: & insulæ Rhodo opem afferte: quæ (quod
deus auerrat) si expugnaretur ueh ueh christianis Urbibus &
imperiiis. Præstate igitur auxiliū: nam quid magis uos decet:
q̄ nō solum pecunias atq̄ uires omnes pro Christi nomine:
& gloria exponere: sed etiā uos met deuouere ut uita froi ater
na ualeatis. Hac enim conditione gignimur: ut genera
ti nos deo iusta & debita obsequia præbeamus. Viriliter ergo
agite probati Principes: currite fortiter cursum hunc foeli

288
cissimū: & certate bonū certamen: ut aeterna præmia cōsequa
mini. At P. C. cui christiana religionis habena tradita sunt:
hæc te cura: hoc te desiderium tangat: hæc te uictoria: hic te
triumphus expectat maximus: qui nullo sæculo aboleri pote
rit. Magni enim & ingenii diuini est magna aggredi: atq; ea
moliri: quæ nō minus meriti q̄ gloriæ sint paritura. Iacet des
solata Asia: iacet Aphrica: iacet Aegyptus: ac bona Europæ
pars deserta abiecta sine lege: sine moribus: sine ullo christia
næ religionis consortio. Vbi tot Ciuitates: tot populi: tot Im
peratores: Reges: Principes / cultu ueræ fidei / & armorum usu
prestantissimi. Vbi tot celeberrima Christi & Sanctorum tem
pla: in crudelissimā iam Turcarum & Barbarorum ditionem des
uenerunt: a quibus acceptas clades: euerfiones: contumeliasq;
non est huius temporis recensere: cū iam omnibus notæ sint
atq; testatæ. Et cum tot iam annos nihil aliud audiamus q̄ ex
cidia alia super alia christianorum. Quid q̄ Tyrhenū mare to
ties infestant: & quod pudet referre ad littora usq; Romani
agri prædatū uenerūt. Sed hæc loca tam efferata barbara sine
fide / sine deo tam diu in potestate infidelium esse: ac nō tam res
gi q̄ deuastari passi sunt Principes christiani: dū quæ sua sunt
querunt / nō quæ Iesu xpi: dum quisq; luxui / simularibus / ocio
indulget: dum Romanū Pontificem toties acclamātem rabi
dos lupos gregem dñi inuasisse nō audiunt. At qui non tanta
esset rerū iactura fragiliū: nisi cum his innumeræ quoq; animæ
fidelium deperirent: quæ partim metu / partim labefactata reli
gione quasi plantæ incultæ sensim indies a fide deficiūt. Huc
Pontifex maxime Leo animū te decet aduertere: aduersus ho
rum rabiem cōposita inter christianos pace consurgere: exer
citum in ea loca traicere: illatas ab hostibus iniurias ulcisci:
ad tantū decus: tantā gloriā ante alios euolare: Crux christi
in acie pro uexillo prodibit: Dux agminis sui præcedet om
nipotens: insultabitur undiq; eorum capitibus: tanq̄ parieti in
clinato & maceræ depulsæ / persequeris: & comprehendes il
los: & nō conuerteris donec deficiant. Sed sine te deus miseri
quid sumus! aut quo recidūt conatus nostri! Cogitat iam ho

nus Pastor Vicarius tuus: cogitat inquā in ueram sanctamq;
sponsa tuæ unionem eiusq; reformationē incumbere: & po-
puli tui in angulū redactas seruare reliquias: amissa recupera-
re: fines Ecclesiæ propagare. At scriptū est/q; reprobos consi-
lia populorū: & reprobos consilia Principum. Parentes ergo
ad unū putemus fideles Principes: ituros in hostes tuos Chri-
stianos omnes: paratā putemus esse Classē: instructā aciem
Nisi tu deus exercitū adiuues: nostris his cogitationibus: his
consiliis præsens assistas/aspices/faueas: nisi deniq; custodie-
ris Ciuitatē/frustra uigilant qui custodiūt eam. Tibi ergo Re-
gi regū: & dño dominantū præces soli fundēdæ sunt: ne me-
mineris iniquitatū nostrarū. Exurge/ & dissipētur inimici tui:
uindica sanguinē iustorū tuorū: qui effusus est. Erue de manu
canū unicam sponsam tuam: labanti tuæ religioni porrigito
dexterā. Leoni Pontifici maximo: quem ad pascendas oues
tuas unū præ omnibus elegisti: mitte auxiliū de sancto tuo:
ut pacatis Christianorū animis in hoc tam Sanctū/tam neces-
sarium/tamq; Ecclesiæ tuæ utile & expediens opus toto (ut
aiunt) pectore incumbere: illudq; foeliciter absoluere te duce
ualeat: qui uiuis & regnas in sæcula.

DIXI.

Habita in Lateranē. Concilio Quartodecimo

Kal. Ianuarias. M. D. XIII.

Oratio Ioannis Baptistæ Garghæ Senensis Equitis Hieroso-
lymitani Oratoris excellentissimi Rhodiogz Principis
Fabritii Carretti in obedientia præstanda apud
Leonem. X. Pont. Max.

Vetus institutū est Pater Beatissime christianogz Prin-
cipum: ac liberarū Ciuitatū novos Romanos Pontifi-
ces per Oratores/ tanq̄ Christi Vicarios adorare / ac
generari. Isqz maxima laude dignus censetur: qui q̄ maturissi-
me potest id exequi curat. Fideiqz admodū frigidæ illi: ac de-
uotionis erga hanc sacrosanctā Sedem paruæ sunt iudicādi:
qui nullis impediti prohibitiqz causis in multos id Annos dis-
stulerunt. Longeqz opinione falluntur: si hæc deum optimū
maximū scrutatorem cordiū paruiducere arbitrantur: aut in
hac sua lentitudine/ tarditateue/ ne dicam negligentia cōnie-
re illū putant. Tam laudabile itaqz institutū sequēs: & superio-
rum Principū inhærens uestigiis excellentissimus ac pruden-
tissimus Rhodiogz Princeps: & Hierosolymitani ordīs ma-
nus Magister Fabritius Carrettus ad hoc obeundum munus
Nobilem uirū Philippū prouanū / totius nostri ordinis Pro-
curatorem: ac me (licet imerentem) delegit: mihiqz negotiis
districto: curisqz maxime implicito uerba faciendi apud Bea-
titudinē tuam S. P. onus iniunxit: quod scio/ si licuisset: quam
libenter detrectassem: nō oblitus quantū laboris pridem cor-
perim: quantūqz nomine periclitentur qui hæc subeunt oner-
ra nō ignarus. Sed in religionē obediētia: quā esse maximi pe-
hibēt meriti: & ad quā pp̄sum sp̄ esse: q̄ maxime placuit/ iacit
ut quæ grauia sūt: leuissima uideant: atqz ad hoc munus perq̄
alacrem: ac q̄ promptissimū reddit. Te itaqz eius nomine Leo
X. Pont. Max. uerū Iesu Christi Vicariū: legitimūqz Petri
successorē: ac Romanū Pontificem / gregiqz dñi indubitatū
Pastorem agnoscimus/ adoramus/ ac q̄ maxima possumus de-
uotione ueneramur: deuotaqz subiectione profitemur: ac tibi
tanq̄ uero Christi Vicario puram / ueram / imaculatāqz filialē
obediētia reuerenter exhibemus. Tibiqz insulam Rhodon

ac alias quas tenet imperio infulas spondemus perpetuo ob
 temperaturas. Duplici hoc anno & quidē ingenti utroq; Pa
 ter sanctissime gaudio Rhodius populus/ac Hierosolymita
 nus ordo sunt affecti de tua scilicet ad summū Pōtificatū pro
 motione/ac de noui Principis creatione. Nemo enī per mul
 tos annos Pontifex fuit: in quo plus spei sibi collocandū puta
 rint: aut per quem magis crediderint a suis ceruicibus depul
 sum iri hostes truculentissimos: Christianorūq; acerrimos in
 sectatores. Neq; enim ab orbe condito alteram gētem in ho
 stes crudeliorē: aut īmaniorē unq; fuisse inuenias/ q̄ in chri
 stianos Turcas: euoluere est annales: perlegere est historias.
 Aliæ profecto natiōes barbaræ: quæ ex Septētrione egressæ:
 Italiam: ceterasq; Europæ regiones inundarūt: illis compara
 tæ/clementissimæ/humanissimæq; fuisse iudicabuntur. Neq;
 aliū putant: aut religionis amantiorē: aut feruoris in eam ue
 hementioris fore: aut qui ad eam amplificandā magis sit ani
 mū adiecturus: q̄ eum: qui in ea regione sit natus: quæ diuini
 cultus: ceremoniarūq; ac sacrifici ritus: unde illi nomen est in
 ditum: uel in falsa religione fuerit obseruantissima. Accensur
 rum te etiam ad hanc tam pulchram: tam sanctam: tamq; tuo
 magno excelsoq; animo dignā expeditionem ducunt diuum
 Ioannem dñi nostri præcursores: cuius tutela tam patria tua
 beata est: q̄ Rhodos: ac Hierosolymitanus ordo: quēq; olim
 q; cognominis ei esses: præcipue colere consueuisti: atq; ad
 huc colis. Patriam etiam: quæ inter Romanas Colonias per
 totam Italiam deductas: longe clarissima existimatur: & quæ
 ueterū Romanorū animis fert animos q̄simillimos: incensur
 rā plurimū arbitrant. Necnō familiā: quæ rebus gestis maxie
 pollet: & in qua prudentia: magnitudo animi: ac magnificen
 tia: liberalitasq; pulcherrime uirtutes: sibi sedes cœpisse existi
 mantur: nō mediocres stimulos animo tuo iniecturā censent
 ut quemadmodū maioribus tuis dignitate: opibus: atq; am
 plitudine longe antecellis: daturus sis operā: ut rebus quoq;
 gestis illos q̄ maxime antecedas. Ecquid præclariorē meditari
 uel adoriri Pater beatissime potes: q̄ bellum Turcis christia

282
ni nominis hostibus: Crucisq; Christi inimicis inferre: Max
ximā de te opinionem apud omnes sūme Pontifex conceitas
sti: teq; suscepturū nō minore animo bellum aduersus Tur
cas omnes sperant: q̄ per Iulium: cuius successor es: quattuor
ab hinc Annos denuntiatū destinatū se sit: quodq; Iulio diffi
cillimū fuisse: nullus ambigit: ad tibi futurū longe facillimū:
ætare enim es laborum omnium multo q̄ ille tollerantior. Ex
Principibus autem christianis adhuc habere insensum crede
ris neminem. Ea tuarū uirtutum: probitatis: religionis apud
Christianos uulgata est iam fama: ut quouis populosis facili
le impulsurus. Per multos annos Pontificem Italia nō habuit
quem beniuolentia maiori complecteretur. Quod si Lybicæ
ficus argumento ad tertium bellum Punicum gerendum cō
tra Carthaginenses Senatum Cato cōmouit: nullis maiorum
imaginibus clarus Cato inquam cōmouit: non tantis opibus
nixus: non tāta auctoritate insignis: non maiestate / dignitate
ue præditus: nec tot diuinis uirtutibus exornatus: non tali res
ligione instructus: nec dei optimi maximi ita fretus auxilio.
Quanto magis par est credere: te Christi uices gerentem in
terris / esse cōmoturum Reges / populosq; quotquot christia
no nomine censentur? Inter Christianos igitur Pater Cles
mentissime bella compone: ad sumēda in Turcas arma chris
tianos Principes adhortare. Quod si bella tantū amant: aut
spargere tantum sanguinem gaudent: illa aduersus nostræ fi
dei hostes gerant: pro Christi fide sanguinem fundant: a no
stris ceruicibus hostes depellant: eo Turcas exigant: unde cū
summa Christianorū pernicie eruperunt: qui niualia ante lo
ca / pruinis / atq; gelu torpentia incolebāt. Nec diutius tibi cun
ctandum est Pater Beatissime: nā tanta a Turcis est iam Clas
sis præparata: quanta nunq̄ antea: breuissimulq; est ex Græcia
in Italiam transitus: magisq; sunt hostes inuadendi: q̄ expectā
dum ut ab ipsis inuadamur. Nec alteri relinguas hāc tantam
gloriam tibi diutissime reseruata. Existat Fabritius bellum
gesturus contra immanem impiumq; Turcarū Tyranū: sicuti
Lucullus / aut Pompeius contra Mithridatem ponticum Res

gem.
qui R
omni
pe m
Leo M
aucto
simon
quæ p
rum o
mū M
cum
uam.
fragi
cutis
dum
ex no
ex his
hoc u
nocte
lia fa
Princ
man
nos:
ea uir
tione
Pont
doq;
net.
quod
xima
qui su
eo et
pluri
quan

gem. Magni enim ad illud putanda Fabritii Carretti est opa: qui Regiones/ Insulas/ Portus/ ppl'os/ bellandi hostiū artem: omnisq; eorū mores probissime cognouit: Cum quibus sæpe manus conseruit: Victorq; gloriosus euasit: Te Pontifice Leo Maxime tantus de hostibus Triumphus reportetur: Te auctore tot celeberrimæ Regiones Græciæ: tam duro sæuissimorum Hostium iugo liberentur. Seruiant Christo loca: quæ per tot iam Annos Mahumeti seruiuerunt: Christū iterum colant Prouinciæ: quæ Christum execrantes/ spurcissimū Mahumetem colunt. Alterum/ quo Rhodium populum cum Hierosolymitano ordine lætatum dixi: paucis absoluaui. Electus Fabritius Carrettus est omnibus religionis suffragiis: summisq; omniū Rhodiorum uotis: ac maximis secutis Puerorū & aliarum ætatum acclamationibus. Gaudendumq; nobis non mediocriter est Italis: q̄ is primus Rhodi ex nostro genere magnus Magister sit delectus. Nulla autem ex his: quæ spectari solent in illis: qui sunt eligendi: fuisse in hoc uiro desiderata animaduerto. Ea enim ortus familia est noster Princeps: quæ inter antiquissimas: nobilissimasq; Italiæ familias cōnumeretur: quamq; beniuolentia magni uiri: Principesq; sint profecuti: & Otho Secundus Germanus Romanorum Imperator: Quingentos quadraginta ab hinc Annos: dum in Italia ageret nōnullis Oppidis donarit. Viros ea uirtutibus insignes semper tulit: diuq; rexit: quæ tenet ditione. Quin & Saonam Liguria: Urbem duorum Summorū Pontificum: ac tot tantorumq; Cardinalium Patriam: quandoq; rexit Imperio: eiusq; Marchionatus adhuc titulum retinet. Prudentiaq; est in agendis rebus: negotiisq; obeundis: quod uos Patres amplissimi/ experti estis: in hoc homine maxima: pro quo etiam in creando Pontifice nō defuit inter uos qui suffragium ferendum existimauerit: ac tulerit. Insunt in eo etiam litteræ: quæ uiros/ Principes/ atq; Imperio præditos plurimū ornant: ac pulcherrime decent. Prolixior q̄ par est/ quamq; locus postulet: profecto essem: si singulas nostri Prin

45
cipis uirtutes recensere uellem : aut pulcherrimas ipsarū uir-
tutum actiones : si quantum Iustitia emineat : si quantum Tem-
perantia excellat : si quantum etiam Fortitudine ualeat : Cuius
uirtutis cōplura documenta Fabritius exhibuit : cū Rhod-
iæ Triremes cum Turcis pugnam consererent : pugnādoq;
sæpius cum hostibus uulnera accepit strenuus nostræ Reli-
gionis Athleta . Prætereo labores : quos hic pro Religione
multos : maximosq; suscepit : Mitto quot : quantaq; pericula
adierit . Sūmam industriam uiri : ac uigilantiam silentio tran-
seo : quam negotiis semper adhibere consuevit : missam fas-
cio summam eius : cum in sui ordinis Viros : tum in omnes
charitatem . Incredibilis eius est in hanc Sacrosanctam Sedem
deuotio . Singularis illius est in hunc augustum / ac San-
ctum Senatum obseruantia : in quem ascitum Fratrem habet
tum apud uos : tum apud Christianos Principes ob eius sum-
mas uirtutes in magno habitum pretio . Hæ tot : tantaq; uir-
tutes merebantur : ut unus Fabritius potissimū in Rhodiæ
Principem : magnumq; Magistrum eligeretur : quo cognos-
cerent omnes sua tandem uirtuti præmia adesse : ceteriq; ad
ipsam capescendam accenderētur . Speramus cum Rhodiis
per eius summā in hunc ordinem obseruantiam : per eius sin-
gularem in hanc Sedem pietatem : per eius feruentissimā in
te Pater Beatissime deuotionem : per ardentissimum eius in
Religionem Christianam amorem : illum cum Fratre apud
uos effecturos : ut decernatur : ac decreta tandem suscipiatur
hæc tam Sancta Expeditio : quam nonnulli Pontifices se sus-
cepturos sæpius promiserunt : & qui aliquid sit conatus : præ-
ter Pium Secundum / per multos Annos nullus adhuc est in-
uentus . Ipsum autem Principem nostrum : qui te cum Cardī-
nalis adhuc esse quamplurimū coluit atq; obseruauit : q̄ ma-
xime possumus tibi Clementissime Pater : atq; huic Sanctissi-
mo Senatui cōmendamus . Nostrum etiam ordinem : ac si-
mul res eius ualde cōmendaremus : nisi altera mea Oratione
in æde Lateranē . habita plurimū cōmendauissem : Nec pa-

tiaris Pater Beatissime tantos praesertim apparatus Turcis fa-
 cientibus Comilitones nostros in Vrbe/aut alibi desiderere:
 aut indulgere pignauia ocio: uires animosq; plurimu mola-
 lienti aliis Rhodi arma gerentibus: ac labores pro Christiana
 religione suscipientibus quod posset non parum perniciosum
 esse: ac detrimenti & periculi multum Religioni/ reiq; Chri-
 stianae afferre. Nos igitur beniuolentia (quod facis pro tua in
 omnis humanitate) complectere nos: fove: per te augeas-
 mur: quibus ualidissima Christianorum Arx: ac propugnacu-
 lum fuit Vrbs Rhodos commissa: & fidei nostrae hostibus tan-
 quam strenui Pugnatores obiecti cum illis frequentissime
 decertamus. Simulq; priuilegia: indultaue: ac Constitutio-
 nes a Summis Pontificibus nostro ordini concessa denuo con-
 firmari: atq; augeri: per te Leo. X. gloriosissime uehementer
 petimus: atq; oramus.

DIXI.

Habita in Consistorio Pridie Non. Martias.

M. D. XIII.

c ii

LAVRENTIVS Cathaneus Ioāni Baptistæ Gar
ghæ Senensi Equiti Hierosolymitano suo Salutem.
Hæc sunt mi Ioannes Baptista suavissime: quæ mellis
suo tuo eloquio: & ipsarum rerum magnitudine percitus ex
ruderibus meæ iam labentis officinæ: dū Cæsareo Iuri famu
lor: repentino quodam impetu (quod ipsi uersiculi indicāt)
hodie prompsi. Proinde poteris/ uel inter alias: quas esse ali
quid putare consueuisti: nugas meas clanculum recondere:
uel in calce eruditissimarum Orationum: quas apud Pontifi
cem Maximū in Sacrosancto Lateranē. Concilio: & deina
de pro Illustrissimo Rhodiō Principe Fabricio Carretto/
domino nostro obseruandissimo Orator / magno cum om
niū astantium favore habuisti: cudenda pro arbitrio tuo man
dare: Virum autem uolueris: semper boni consulam: at ul
timū illud uehementer exopto: non q̄ in lucem edi merean
tur: cum nullo sint pumice expolita: Verum ut & ipse Prin
ceps in me collatorum beneficiorum immemorem pro uiris
bus non futurum aliquando sentiat. Vale Hierosolimitanæ
Militiæ decus.

M.D.XIII.

M
Vlt
Virt
Que
Mir
Nau
Qua
Vate
Cora
Asta
Orn
Garg
Iniur
Dum
Sed
Siue
Hic
Illus
Quo
Hic
Prisc
App
Arte
Hic
Ceda

Militum unanimi/a/Choro creatum
 Magnum Fabritiū Rhodos Magistrū:
 Vltro quem decorant/beant/tuentur
 Virtutes clarii solum regentem:
 Quem sagittiferæ pauent cohortes/
 Mirantes Italiam alteram fluentis
 Navis Clauigeri Senis Columnam:
 Quas mundo cecinit suo/deorum
 Vates uirgineus futura pandens.
 Coram Cardineo sacro Senatu
 Astantis Populi inclita corona
 Ornauit licet ore uel rotundo
 Gargha Militiæ decus perenne:
 Iniunctum obsequium/& uices salutis
 Dum reddit meritas nouo Tonanti.
 Sed quid uberius/decentius ue/
 Siue candidius loqui liceret?
 Hic est qui ueterem domum coronat
 Illustres Animas/genus paternum
 Quod terris Italis Otho beauit:
 Hic est qui redolet suis in armis
 Priscum Fabritium:& pium Metellum:
 Appium eloquium:& grauem Camillum
 Arte: te ingenio Fabi uirentem.
 Hic est cui celebres suos triumphos
 Cedant Scipiadae: ac uterq; Pœnus.

*Sequitur oratio fol. 198. Balthasaris del Rio
 Pallencini habita eodem Concilio 17. Junij 1543.*

508
Audax quo rapior? libenti amore
Victus/quo rapior? leui fauilla
Phoebeos radios iuuare tentans:
Seu Lintre undifragum subire pontum.
At quis uel minimam ciere laudum
Tantarum ualeat probe/& decenter?
Nemo: uel sapiat licet Maronem:
Vel linguae Ausoniae unicum parentem:
Vel qui Mceonius tuba sonora
Troiae in mœnia concitauit alta
Squas Mirmidonū canens phalanges.

Lau. Cathaneus.

BAR. PACTOLVS.

Quod Ciue/aut Regem deceat/multi ante dedere:
Quod Sanctū/pauci; Garghas utrunq; dedit.

Hic est qui necem domini coram

Illustres Animas/genua paratum

Quod reus lais Ortho beuit:

Hic est qui redolec suis in armis

Pileum Fabricium: & pium Mellum:

Apium elodium: & granum Camillum

Are: re ingenio Fabri uentem.

Hic est cui celebres suos triumphos

Cedant Scipidae: ac uicij Perus.

